sacratissima filij tui domini nostri
Ihu xpi. Rogo te per quinque vulnera
filij tui et per contrictionem viscerum
suorum pre nimio dolore vulnerum
Et per dolorem quem habuisti quando
vidisti eum vulnerari. Et per fontes
sanguinis sui et per omnem passionem
eius. Et per fontes lacrimarum tuarum
Audi et exaudi me et imple desiderium
cordis mei. et vulnera animam meam
et corpus meum amore tuo et passione
filij tui et gratia celesti. Sicut anima
tua vulnerata erat passione filij
tui quando vidisti eum mori. Et per
illas sanctas lacrimas quas tu fle
uisti. Da michi puras et perfectas
lacrimas pro peccatis meis et passione
filij tui. Benedicta tu in mulieribus
Reple me cum benedictione et amore
tuo et gratia celesti. Et benedictus
fructus ventris tui. Ihus xps filius